

laris et civitatis alicuius (n. 775. 776) in lapidibus similibus memoria (cf. infra n. 863. 897). Memorantur praeter deos tam Romanos quam peregrinos varios L. Aelius Caesar (n. 748), numina Augustorum (n. 755), legatus Augusti (n. 758. 773. 774); suntque castrorum reliquiae maiores quam maximae partis reliquorum. Quocum convenit etiam titulorum ibi repertorum numerus.

CAMDENUS cum COTTONE a. 1599 a Cumbria proficiscens usque ad hanc valli partem progressus est, ut dixi in praefatione ad titulos valli; ei itineri debentur tituli tres (n. 758. 763. 769); quorum duo per Cottonem ad *Connington* et deinde Cantabrigiam delati sunt. Praeterea idem Camdenus a Ricardo BAINBRIGG acceperat eundem (n. 758) itemque duos alios (n. 751 et 769), quorum ille priorem solus servavit. Ante Horsleium non multi accesserunt per SPEEDIUM (n. 758), Radulphum THORRESBY, Rogerium GALE (n. 757), per scriptores patrios WALLISIUM (n. 766), HUTCHINSONEM (n. 754. 777. 781. 782; n. 781 et 786. 789. 792 videntur delati esse ad *Netherby*), BRANDIUM (n. 755. 776. 781); deinde per SWINHOWIUM (n. 750. 781) et GORDONEM (n. 749. 767). WARBURTON in tabula geographica tres proposuerat (n. 768. 771. 772). HORSLEIUS maiorem primus inde titulorum numerum protulit; noverat enim ille omnino sedecim, inter quos non paucos primus edidit. Neque vero

iustae effossiones unquam ibi institutae sunt. Saeculo tantum hoc XIX ineunte is qui situm possidebat Carrick parietinas aliquanto accuratius pervestigavit; tituli aliquot ab eo reperti pervenerunt in museum Aeliense, ubi servantur. Alii, tam ex locis valli vicinis oriundi quam ex castrorum ipsorum situ, in societatis antiquariorum Londiniensis privatorumque variorum manus cesserunt; unde viginti plus minus Horsleio nondum notos componere potuit HODGSON. Per Carolum Roach SMITH (n. 745. 752. 773) aliosque antiquarios (n. 748. 782) accesserunt pauci; qui omnes adhuc notos composuit BRUCE, idem etiam novos post Hodgsonem repertos addere potuit non paucos; unde numerum titulorum Magnensium ad triginta fere auxit. Eorum ego duodecim potui videre servatos in variis, ut dixi, museis; locum enim ipsum non adii.

Quod cum Magnensibus ipsis coniunxi titulos locorum vicinorum, quorum nomina supra proposui, id eo defenditur, quod stationum antiquarum lapides procul ab illis dispersi solebant.

Lapides non scripti non multi inde prodierunt (cf. Horsley p. 230 *Northumb.* 65 = Goughs Camden 3 p. 503); quodsi locum ita effodissent, ut factum est Cilurni et Borcovicii, certo ne illi quidem deficerent. Miliarium Constantini in *Thirlwall castle* repertum dabimus infra suo loco.

**744** *Carvoran*; servatur in *Newcastle* in museo.

Arula alta ped. 1, lata dig. 7.

DEO · AR  
MI · VMS  
HOENIVS ·  
V · S · LM

Contuli. Bruce *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 249, *catalog.* p. 28, 95, lapid. n. 294 qui legit DEO MAR | MILVM | SENIVS | VSLM. Tertium elementum v. 2 utrum c an l esset equidem incertus haerebam neque de v. 3 lectione mihi plane constitit. Nomen dei peregrini puto aliunde nondum innotuit.

*Deo Armicum(?) Hoenius(?) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*

**745** *Carvoran*, in the farm house. Arula parva.

urna  
DO · BLATV  
CA · D · R · O  
· VOTV · S ·

C. R. Smith *gent. mag.* 23, 1845 p. 295, *archaeol. journ.* 1, 1846 p. 392, *collect. ant.* 2, 1852 p. 192 tab. 48 fig. 4; Bruce *wall* p. 247, lapid. n. 302.

1 DOBLAIV Bruce.

De do forma pro deo posita v. supra n. 186.  
*Do Belatucadro votu s(olutum)*

**746** *Carvoran*. Ibi servatur; arula alta dig. 10, lata dig. 5.

DO · MARTI  
BE · LATV  
CA · I · RO

Bruce in schedis, lapid. n. 303.

**747** *Carvoran*, ubi servabat Carrick, a quo emit Dr. Carson Edinburgensis, unde ibi servatur in the High School. Arula alta ped. 1, lata dig. 6; litteris rudibus.

urce- D E A E securis,  
us E P O N culter  
AE · P · SO

Hodgson 2, 3 p. 140; Bruce *wall* p. 407, lapid. n. 301.

In fine P · SC Hodgs.

*Deae Eponae p(osuit) So(lers?)*

**748** *Carvoran*, rep. a. 1831 on a moulded base fronting the entrance of the ante-room of two apartments of the bath (in balneis Fortunam saepe cultam esse notum est) *ARCHAEOLOG.* Servabatur in *Blenkinsop hall*; nunc in *Newcastle* in museo est. Ara alta ped. 2 dig. 2, lata ped. 1 dig. 2; litteris elegantibus.

· FORTVNAE · AVG ·  
· PRO · SALVTE · L · AELI  
· CAESARIS · EX · VISV · p. C. 136/138  
· T · FLA · SECUNDVS ·  
5 PRAEF · COH · I · HAM  
IORVM · SAGITTAR  
· V · S · L · M ·

Contuli. *Archaeologia* 24, 1832 p. 352 missa a *Miss Carlyle*, delineata a Col. Coulson (inde Newton p. 115, 91a; Henzen 5461); Hodgson 2, 3 p. 139; Bruce *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 249, *catalog.* p. 30, 99, *wall* p. 244, lapid. n. 296.

Observa puncta initio vv. 1 — 4. 7 posita. Etiam initio v. 6 Brucii tabula elementum parvum monstrat, quod utrum m littera sit an punctum non liquet; videtur autem omnino fortuitum esse. *Fortunae Aug(ustae) pro salute L. Aeli Caesaris ex visu T. Fla(vius) Secundus praef(ectus) coh(ortis) I Hamiorum sagittar(iorum) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*

**751** *I found this inscription at Caervorran in a stone gotten there.*

DO ·  
ERCL ·

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 325. Inedita mansit.

*Do Ercl(i), id est deo Herculi.*

**749** Ex vicinia Magnarum, ut videtur, per Warburtonem asportata indeque delata Dunelmum in bibliothecam capitularem, ubi extat. Pars arae, litteris perbonis.

patera FORTVNA  
AVDAC · RO simpulum,  
MANVS · O culter  
LEG · VI · XX  
5 AVG

Contuli. Gordon *it. sept.* p. 94 tab. 32 fig. 4; Horsley p. 233 *Northumb.* 78 (inde Warburton vallum p. 80, 78; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 20; Hodgson 2, 3 p. 139); Bruce *wall* p. 245, lapid. n. 297.

V. 5 quadratarius II numerum videtur omisisse ut recte observavit Horsleius.

*Fortun[ae] Audac(ius) Romanus o (centurio) leg(ionum) VI, XX, [II] Aug(ustae)*

**750** Rep. a. 1758 prope *Thirlwall castle*; servatur Londinii in museo societatis antiquariorum in *Somersethouse*, presented by Mr. Baron Legge. Arula alta dig. 11, lata 6.

DEE HA  
MMI  
SABI  
E

F. Swinhow *gent. mag.* 22, 1752 p. 108; Hodgson 2, 3 p. 205; A. Way *catalog. of the collections of the soc. of ant.* p. 9; Bruce *wall* p. 400, lapid. n. 299.

2 MMII, 3 SABI, 4 E . . . Swinhow.

Deam Hammiam vel Hammiorum (cf. n. 748. 774) magnam Matrem esse putabant antiquarii Britanni, ut dixi in praefatione huius capituli.

*De[a]e Hammi[orum?] Sabi[nus fecit]?*